BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 180r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



regimen magis pateat fiet de singulis
mentio singillatim ¶ Panis sit de farina
bene munda competenter decoctus et ferme
tatus et sit ex tritico non vetusto / Non enim
puto fructus huius anni malignatos fuisse.
et vetustum triticum vetustate participat / quare
novum eligendum est sit quoque panis non recens
sed unius vel plurium dierum / licet enim pu
tem ordeaceum panem ratione suarum quali
tatum in hoc regimine magis conferre / cum
ordeum sit frigidum Attamen non est ordeum
nutrimentum ita conveniens et proportionatum
huiusmodi sicut fermentatum / Vitentur plate
tule et panes azimi et furfurei / ¶ Po
tus sit vinum album pollitum parum vinosum
ut vinum quod dicimus viza. de marchia
austrina / sit quoque vinum in anno quo colligitur
bene limphatum cum aqua veri frigoris sit
quoque huiusmodi potus quantitas largior solito
Vitentur vina dulcia et turbida et vina
minus potentia tempore calido In meridie
bibat vinum granatorum bene limphatum / de
vino attamen vinoso sumere potest cum
quibusdam medicinis ut infra dicetur / non
sumat tamen de eo tempore comestionis / ¶
De volatilibus eligantur galli non dum co
euntes caupones iuvenes impinguati
galline iuvenes / fasiani / avicule parve
degentes in arboribus et pratis Sint quoque

De pane

De potu

De avibus

178

180